



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pia Desideria**

**Hugo, Hermann**

**Mediolani, 1634**

IV. Vide humilitate[m] meam, & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta  
mea. Psalm. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43734**



Vide humilitatem et laborem meum. et  
dimitte uniuersa delicta mea. Psal 24.

C. Blancaus. f.

4.

## I V.

Vide humilitatem meam , & laborem meum :  
& dimitte vniuersa delicta mea. Psal. 24.

**A**spicis, heu seius ! nostris neq; tāgere curis,  
Aspicis, & credi vis tibi, me quod ames ?  
Futilis ignaro cantetur fabula vulgo ,  
Sentit amicorum vulnera, quisquis amat .  
Aspicis & pateris ; neque tura est illa iuuandi ;  
Verus amor promptam non ita tardat opem ,  
Aspice, quam turpi subigar damnata labore ;  
Aspice, cui tendam colla premenda iugo .  
Si foret ingenua saltē labor indole dignus ,  
Nec nimis abiecte vilius artis opus .  
Multia meos casus magnorum exempla leuarent ,  
Et faceret propriam , sors aliena, leuem .  
Sēpè Ducum proauos , Regesque nauera coegit  
Augustas operi sors adhibere manus :  
Protea frēnante septemplicis ostia Nili ,  
Sic orasmiseram , Rex Menelae, si pēm .  
Dextra Syracusij sceptris assueta Tyranni  
Sic ferulas, pueris scepta verenda, tulit .  
Flenda exēpla quidē, tamen haud ducenda pusleri ,  
( Non

(Non etenim miseriis sunt sua fata probro)  
 Ast mea non lacrymis, sed digna pudore ruina est,  
Quaroto seruiles sponte subactamolas.  
Qualis ab infida Sampson detonsus amica,  
Circuit indignas hoste iocante rotas.  
Atq; utinam famulas tantū damnarer ad artes!  
Exploram ingenua sordida pensa manu:  
Turpibus at serum vitijs, addicere pectus,  
Exulis asperius mancipijque iugo est.  
Ah pudet! ♂ (duplicis noua qua mihi causa ru-  
boris.)  
Ipsa meum damnans execror author opus.  
Vix benè partasum est, rursumq; reuoluitur error,  
Crescit ♂ attextis nexa catena malis.  
Scilicet illa manet plectendas ultiō noxas,  
Admissum sequitur culpa secunda scelus.  
O quam sape meo sensi hæc discrimina damno!  
Nec tamen est damni mens reuocata metu.  
Nempe trahor vario studia in diuersa duello,  
Vt ratis ambiguis iam pila facta Notis.  
Et trahit hinc(vitijs, quæ lena comesque) voluptas,  
Quique subit vitium, retrahit inde dolor.  
Sepius illa tamen reditè certamine victrix,  
Assiduus vitio sit licet ille comes.  
Sic habet alternos virtus, uiuumque triumphos,

Eg

# LIBER PRIMVS.

43

Et meus aeterno vertitur orbe, labor.  
Tu super hæc etiam loris seruilibus instas,  
Addis O in pœnas verbera durameas;  
Pœnaque cum culpa sit culpa secunda peracta;  
Supplicijs pœnas adijcis usque nouas.  
Nempe Ixionius non est modo fabula gyrus,  
Vincta sed aeternæ vertor in orbe molæ.  
Aspicis hæc durus, neque nostro tangere fato?  
Aspice, O in pœnas mitiore esto meas,

# AUGVSTINVS.

In Psalm. 36.

**M**olendinum puto dictum mundum  
istum; quia rota quadam temporum  
voluitur, & amatores suos conterit.